



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



109.

123

ΣΤΙΓΧΑΡΜΑΤΑ,  
V I R O

Clarissimo & Experientissimo

Dn. IOHANNI SAGITTA-  
RIO, MEDICINÆ DOCTORI,  
& in Illustri Soraborum Gymnasio  
Professori

δοκτορογαμῶντι

ET

MATRONÆ

Honestatis & pudicitiae laude florentissimae

M A R I Æ

*Viri olim gravissimi & prudentissimi*

Dn. JOHANNIS MESSERSCHMI-  
DII, DESSANÆ REIPUBL. CONSULIS

meritissimi Viduae,

τριτογαμῶσῃ

*Anno Salutis per Christum reparatae*

M. DC. XIII. XXIX. Junij.

Acclamata & adscripta

ab

*Amicis & fautoribus.*

SERVSTÆ

Excudebat Zacharias Dörfferus.

*Remerck zu dem h. Viri und au. G. Messerschmied,  
Festliche Begrubung zu Pastorii Siedel in Dessau*



10

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

Handwritten text in the upper middle section of the page.

Handwritten text in the middle section of the page.

Handwritten text in the lower middle section of the page.

Handwritten text in the lower section of the page.

Handwritten text at the bottom of the page.

Handwritten text at the very bottom of the page.



**S** Cilicet Altitonans mortalia temperat: una  
 Tristitiæ ut sit Lux, altera Lætitiæ.  
 Ceu radiis splendet tandem post nubila Phœbus:  
 Sic datur & lachrymas gaudia certa sequi.  
 Id *Sara* testatur variis adflicta periclis;  
 Exemplo firmas id quoq; *Sponse*, tuo.  
 Occasus Costæ tibi quid tristissimus, ipsis  
 Quid non tristitiæ pignoribusq; tulit!  
 Ista DEUS sanat tristissima vulnera: Sponsam  
 Donans, quæ vitæ dulce levamen erit.  
 Dulce levamen erit, divino Numine, Natis:  
 Ante diem mater quos pia deseruit.  
 Deseruit jussu sed Jovæ, morte vocata  
 E lacrymis vitæ ad gaudia Cœlicolûm.  
 Succedit mater; materno pectore Natos  
 Ut complectatur, vota precesq; vovent.  
 Temperat ergò DEUS vestra isthæc nubila Luce  
 Phœbeâ: sint ut gaudia firma precor.

Sponso Clarissimo, Collegæ carissimo  
 de Sponsâ secundâ

gratulatur

*M. Martinus Füsselinus*  
*Superintendens.*

Α 2

Ad

Ad  
Clariss. Virtute & doctrina Præstan-  
tiss. Virum,

Dn. D. JOHANNEM SAGITTARI-  
UM, &c. Collegam, affinem, amicum,  
SECUNDÒ SPONSUM.

**S**I quisquam sciolus tædas thalamosq; secun-  
dos (putem.  
Improbet, huic stolidum synciput esse  
Innumeri vidui, quos defecere jugales,  
Duxerunt socias, lege probante, novas.  
Ipse etiam Abraham, denata compare prima,  
Legitimi instituit festa secunda tori.  
Hoc ipsum, thalami subeas ut sancta secundi  
Jura, SAGITTARI, te quoq; , amice, monet.  
Ipse ego, qui feci, abrepta tibi conjuge, lessum,  
JANE, tibi thalamos gratulor ecce novos,  
Cõsuetumq; iterans votũ; prece Numen adoro,  
Vestras, nefument, ventilet usq; faces.  
Utq; super gelidi ventosa cacumina montis,  
Frigore brumali, fusa prunia natat:

Aut

Aut veluti, rauco decurrens murmure, rivus  
Florida muscoso gramina fonte rigat:  
Sic fluat in vestros, bonitas Rectoris Olympi,  
Gratia, vita, favor, prospera cuncta, toros.

*M. Iohannes Theopoldus.*



ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ

Nuptiis auspiciatissimis Clariss. & Doctiss.

DN. JOANNIS SAGITTARIUM. D. & Professoris &c.  
Affinis sui Charissimi,

Lusum, Fusum.

**D**um polus Altijugus revehit bis cornua Tauri,  
In Viduo recubas Doctor JANE toro.  
Turtur ut amisso, gemitus dans, compare, multos,  
Nam charâ Mariâ te caruisse vides.  
Jamq̄ tibi domui facies superaddita tristis  
Cernitur, & firmum quod fuit ante labat.  
Non secus ut Campus demessis floribus hiscit,  
Sylvaq̄ cum foliis est viduata suis.  
O charam Marjam clarâ de Peucerianâ  
Stirpe satam, purâ religionem ratam!

A 3

Sed

Sed te in vitali cum trinâ pole reliquit  
Hac aurâ, ut tibi sit sic & imago sui.  
Qua cum tu ludens hæc luctus tempora fallas  
Donec vi leti tristia pulsa cadant.  
Ecce dies venient! & adest letissima Phœbi  
Ortu jam claro lumine pōsta dies.  
Qua charæ Mariæ defunctæ, Marja subintrat  
Chara, loco, thalamum JANÉ polite tuum.  
Semper erit tecum, memoriq; hærebit ab ore,  
Dum superest, Parcæ & te superesse sinunt.  
Utq; suos ante est geminos venerata maritos:  
Te colet, & fiet fida marita tibi.  
O charam Marjam! ut claro de Mackiadum ortam  
Stemmata, sic verâ religione gravem.  
Vivite felices longævi Nestoris annos,  
Proleq; pro trinâ sint Paria inde tria. (bunt  
Tunc lyra pulsa manu, tunc carmina nostra sona-  
Ulterius, quæ nunc pangere Musa vetat.

αἰαγεγεμματαζορλα.

Spōsus: Joannes Sagittarius: Vir es, sat agis Antion.  
Sponsa: Maria Maccen: Amicam arcen.

ALLUSIO.

Docte Sagittari, pateris, jaculâsne sagittas  
Dic; patior, jaculo, casus ut ipse subit.

Confes-



Confessus rectè; nam passus es ante sagittas  
Mortis lethiferas queis tua Marja jacet.  
Ut si quis violas, rigoq; papavera in horto  
Liliaq; infringat quæ pede nixa levi.  
Sed VIREs SATAGIS, satagisq; arcere sagittas  
Mortis, & infectum restituisse latus.  
Hinc quæris Cypriæ anflos ANTION extet in hortis  
Quod vulnus possit consolidare datum.  
En γλυκοπίραειν adest quod nomine Dulcis-amaræ  
Fert Latium, Mirjas ast Idumæa vocat.  
Est peramica satis, sua visq; hæc herbula succi,  
Morte datum vulnus consolidasse potens.  
Tunc Sagittari, hanc herbam contemnis AMICAM?  
ARCEN' Quo minus & sit tibi gratus odor?  
Sit medicamen item! curarum sitq; levamen?  
Hæ tua si nimium pectora fortè gravant.  
Arceo non, non sperno etiam sed pectus anhelum  
Dicit; Amica veni, Dulcis-amaræ fove.

A. M. Bartholomæo Schrötero  
Cofviggio Philomath. lin-  
guæ Sanctæ Professore.

Ad

Ad Clariss. & Excellentiss.

Dn. SPONSUM.

**S** P O N S E, salutifera ex variis dum colligis her-  
bis

Pharmaca: ritè tibi consulis, atquè aliis.

Sed memora, queso, quæ sint, quibus uteris, herba?

Pharmaca quis tibi flos det potiora, refer?

Punicea in primis ROS a pectus odoribus afflat:

Flos VIOLÆ agravi corpora febre leuat.

ROSMARIS asthma suâ cohibet virtute: venenum

Pellit RUTA: oculos flos iuvat EUPHRASIAE.

Floribus his equidem sua laus est: unicus omnes

Flos superat reliquos SPONSA dicata Tibi.

Namquè suo, tibi conflatas, de rore, corollas

Immarcescibiles, enthea dona, feret:

Qua, statuente Deo, cingent longo ordine mensam:

Si non cassabis munus obire tuum.

Rectè munus obis: constanti corde studebis

Si retinere fidem, & conscia corda benè.

Ac licet insurgant ventorum prælia: mira,

Si patiens fueris, saluus abibis ope.

O quan-

O quantum vitæ est fortis PATIENTIA donum!  
Qua, mihi si credis, vincitur omne malum.  
Hæc cape: cum nequeam tibi compensare favorem,  
Cujus lux non est parva suborta mihi.  
Cætera, quæ desunt, complebit munere CHRISTUS:  
Qui det, ut in gemino corde perennet amor.

Abrah. Cremerus, Minister verbi  
divini, Servestæ, ad B.  
Bartholom.



A L I U D.

Ευδαίμων, ὁ βλέπων σε: τρισόλκι, ὅστις ἀκέρ.  
Ἡμεῖς δ' ὀφιλῶν, ἀθένα] δ' ὀσυνών.

Ex Terentii Eunucho, Act. 4. sc. 5. v. 6.

A L L U S I O

Sine Cerere & Libero friget Venus.

**D** Ic Cytherea Venus, parviq; Cupidinis: eccur  
Calfacis ipsa pedes, calfacis ipsa manus?  
An quia non præsens tibi stat facundus Jaccbus?  
Non etiam coram est pulverulenta Ceres?

B

Sobrie-

*Sobrietas ubi regnat, ibi damnosa voluptas  
Alget, & in curios praelia nulla movet;  
Ebrietas ubicunq; potens, & copia rerum est,  
Mater adulterii bella nefanda ciet.*

[Eurip. ὄνδρα μὴ παρῆν] ὅσα ἔστιν κύπρις.

Callim. νεκρὸν ἀφροδίτη δίχα Διονύσου καὶ Δήμητρος.

Cynicus ap. Athen. ἐν τῇ κενῇ γαστρὶ ὅσα τῶν καλῶν ἔρωσ,  
ἐν πολλοῖσι μόνοντι κύπρις, ἐν πτωχοῖσι δ' ἔσται. Saturo Venus praest, ab-  
est famelico.

De Patientia Socratis

ex

Æliano, Gellio & Valerio Maximo.

**Q**uanta viri quondam fuerit patientia docti,  
Socratis, hoc lecto carmine doctus eris.  
Uxores habuisse duas narratur ineptas,  
Lumine lesa prior, lippa secunda fuit.  
A quibus ille modis saepe est tractatus iniquis  
Verberat haec pugnīs, trudit at illa pede.  
Exiliensq; domo urinā conspersus abunde est,  
Afflictus variis & sine fine modis.  
Inde jocum bellè madefactus subdidit istum:  
Post Tonitru, dicens, Nimbis Adesse Solet.  
Utq; foret duris virtus exercita rebus,  
Has voluit studio semper habere sibi.

Ex Halcyonia Dessana.

Henricus Kitschius Lips. M. B. V. B. Q. S.

Φιλίας παλαιῆς χάριτι, συγχαίρων τοῖς χαίροντι  
predictis subtexit. Anno Christiano:

ferre IVgVM patientia DoCet.

Clarissimo Dn. JOHANNI SAGITTARIO,  
Med. Doctori, &c. SPONSO.

*Parodia ad XV. od. Horatianam lib. 4. Carm.*

Cypris volentem Pallada me sequi  
Cycli per artes increpuit Dea,  
Ne parva Musarum per æquor  
Vela darem, Tua, Sponse, Sponsa  
Fructus dolorum rettulit uberes,  
Vota & secundo constituit toro,  
Concepta celorum beatis  
Postibus; & vacuum duellis  
Stratibibile clausit, & ordinem  
Denuò evagandi frena licentiæ  
Injecit, amovitq; curas  
Et licitos revocavit æstus.  
Per quos beatum nomen & optimæ  
Crevère vires, stemmata pauperæ  
Clarantur aucta excelsi ab ortu  
Solis ad Hesperium cubile.  
Custode lecti numine, non dolor  
Ingratus, aut lis eximet ocium,  
Non ira, quæ pellax amoris  
Connubiis inimicat ignes.

B ij

Non



Non qui profundas Eumenidas colunt,  
Sacrata rumpent gaudia, non Eris  
Non Asmodis, malæq; Parcæ,  
Non Nemesis mala, numen Orci.  
Vos quin profestis lucibus & sacris  
Inter jugalis munera gaudij  
Cum prole matronæ Prioris,  
Ritè Deum prius apprecati,  
Ætate functos, more patrum, pios,  
Tædæ & remisto carmine liberos,  
Sponsamq; , & ardoris levamen  
DESSAVIUM memores canemus.

*Dn. Praeceptoris suo ingrati animi  
significationem*

*Abrahamus Theopoldus.*

F I N I S.

№ 1996.

8

U

ULB Halle 3  
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX







Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

109.

103



ATA,  
O  
rientissimo

SAGITTA  
DOCTORI,  
um Gymnasio

ri  
NÆ  
laude florentissima

I Æ  
prudenterissimi  
ESSERSCHMI-  
PUBL. CONSULIS

Vidua,  
ristum reparata  
XIX. Junij.

adscripta  
utoribus.  
STÆ  
arias Dörfferus.



Handwritten text in cursive script at the bottom of the page.